



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exorcismorum

Eynatten, Maximilien de

Antverpiae, 1626

Benedictio Thuris seu Incensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40734

tui redemisti. Qui tecū viuit & regnat, &c.

Resp. Amen.

Aspergat Aqua benedicta.

Benedictio THVRIS seu INCENSI.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram.

Vers. Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.*

Per intercessionem beati Michaëlis Archangeli stantis à dextris altaris incensi, & omnium electorum suorum, incensum istud dignetur Dominus benedicere, & in odorem suavitatis accipere. Sit, quæsumus Domine, famulis tuis pretioso Sangui- ne tuo redemptis, defensio perpetua contra omnes spiritus malignos, & omnes incanta- tiones, præstigia, & diabolicas vexationes: sit perpetua expulsio malignorū spirituum, & in quocumque loco odor huius incensi fuerit, nullum maleficium, nullaque mole- statio diabolica possit perdurare, sed statim tua immensa potentia & virtute tollatur & abigatur per signum sanctæ Crucis ☩ tuæ. Qui viuis, &c. *Resp.* Amen. *Oremus.*

Domine Deus omnipotens, cui astat exercitus Angelorum cum tremore, dignare benedicere & sanctificare hanc creaturam incensi, ut omnes languores om-

V 3 nesque-

310 MANVALIS EXORCISMORVM
nesque infirmitates atque insidiæ inimici,
odorem incensi huius sentientes fugiant
procul, vt de cetero non audeant lædere,
molestare, aut infestare creaturas tuas aut
loca habitationis earum. Per te Iesu Christe
saluator mundi, qui viuis, &c. Resp. Amen.

Aspergat Aqua benedicta.

*Sequentes generales Benedictiones & Exor-
cismi possunt etiam prædictis rebus applicari, si
quando quis longiores inquirit, vel necessarias
putat.*

Benedictiones ad quæcumq; volueris
assumenda in humanum usum per
modum cibi, potus, vel medicinæ.

Sacerdos ut suprà superpelliceo & stolain-
dutus, vel saltem stola, dicat: *Vers.* Adiu-
torium nostrum in nomine Dñi. *Resp.* Qui
fecit cælum & terram. *Vers.* Benedicat nos
Deus, Deus noster, benedicat nos Deus.
Resp. Et metuant eum omnes fines terræ.

Lectio libri Genesij. *Gen. I.*

Creauit Deus hominem ad imaginem
suam; ad imaginem Dei creauit illum,
masculum & feminam creauit eos. Bene-
dixitque illis Deus, & ait: Crescite, & mul-
tiplicamini, & replete terram, & subiicite
eam, & dominamini piscibus maris, & vo-
lati-